e ius et renovabitur sicut aqui
le iuve[ntus tua]

Suscipe quesumus domine nostre
solita servitutis et tua p
picius dona custodi. per. Comm

Erubescant et convertantur omnes
nes inimici mei avertantur retror
sum et erubescant valde velo citer.

Per huius domine operationem misterii et vicia nostra
purgentur. et iusta desideria
compleantur. per. Sup populum

Exaudi nos misericors deus.
et mentibus nostris gratie tue lumen
ostende. per.

Intret oratio mea Sabbato offertorium
in conspectu tuo inclina aurem
tuam ad precem meam domine.

Domine deus salutis mee. evovae.

Populum tuum quesumus domine Collect
propicius respice. atque ab eo
flagella tue iracundie clemen
ter averte. per. Lectio libri deutronomii.

In diebus illis. Locutus est moy
ses ad dominum dicens. Respi
ce domine de sanctuario tuo
et de excelso celorum habita
culo. et benedic populo tuo is
rael: et terre quam dedisti
nobis. sicut iurasti patribus
nostris: terram lacte et melle
manantem. Audi israel: hodie
dominus deus tuus precepit
tibi ut facias mandata eius
atque iudicia. et custodias et
impleas ex toto corde tuo: et
ex tota anima tua. Dominum
elegisti hodie. ut sit tibi deus:
et ambules in viis eius. et cus
todias cerimonias illius. et
mandata atque iudicia. et obedi
as eius imperio. Et dominus elegit
te hodie ut sis ei populus peculi
aris sicut locutus est tibi. et
custodias omnia precepta eius.
et faciet te excelsiorem cunctis
gentibus quas creavit in laude
et nomen et gloriam suam. Et
sis populus sanctus domini dei tui.
sicut locutus est tibi. Gradus Pro xxxvii.

Protector noster Collect tector noster
Aspice deus. et qui malorum
nostrorum pondere premimur: per
cepta misericordia libera tibi mente

Iſ famulemur. Per. Lc̄o libri exodi

In diebus illis: Dixit moyſes filiis iſrael. Si cuſtodieritis mandata que ego precipio vobis et feceritis ea ut diligatis dominum deum veſtrum. ut ambuletis in omnibus viis eius adherentes ei: diſperdet dominus omnes gentes iſtas ante faciem veſtram. et poſſidebitis eas que maiores et fortiores vobis ſunt. Omnis locus quem calcaverit pes veſter: veſter erit. A deſerto et libano et flumine magno eufrate: et uſque ad mare occidentale: erunt termini veſtri. nulluſque ſtabit contra vos. Terrorem veſtrum et formidinem dabit dominus deus veſter ſuper omnem locum quem calcaturi eſtis. ſicut locutus eſt vobis: dominus deus veſter. Gra. Propicius eſto domine peccatis noſtris ne quando dicant gentes ubi eſt deus eorum. V. Adiuva nos deus ſalutaris noſter et propter honorem nominis tui domine libera nos.

Collecta. Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi. ut qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per. Lc̄o libri machabeorum.

In diebus illis. Oracionem faciebant ſacerdotes dum offerrent ſacrificium pro populo iſrael. ionatha inchoante: ceteris autem reſpondentibus et dicentibus. Benefaciat vobis deus et meminerit teſtamenti ſui quod ~~habuit~~ ad abraham et yſaac et iacob ſervorum ſuorum fidelium: et det vobis cor omnibus ut colatis eum et faciatis eius voluntatem. Adaperiat dominus cor veſtrum in lege ſua et in preceptis ſuis: et faciat pacem. Exaudiat dominus orationes veſtras et reconcilietur vobis: nec vos deſerat in tempore malo: dominus deus veſter. Gra. xxxviii Dirigatur oracio mea. Collecta.

Adeſto quesumus domine ſupplicationibus noſtris ut eſſe te largiente mereamur: et inter proſpera humiles. et inter adverſa ſecuri. Per dominum.

Secundum lucam

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis
suis et turbis iudeorum: para
bolam hanc. Homo quidam
habuit duos filios; et dixit
adolescentior ex illis patri. Pa
ter da michi porcionem sub
stancie que me contingit. Et
divisit illis substanciam. Et
non post multos dies congre
gatis omnibus adolescentior fi
lius peregre profectus est in regi
onem longinquam; et ibi dis
sipavit substanciam suam vi
vendo luxuriose. Et postquam
omnia consumasset; facta est
fames valida in illa regio
ne. et ipse cepit egere. Et abi

it et adhesit uni civium regionis
illius et misit illum in villam
suam ut pasceret porcos. Et
cupiebat implere ventrem
suum de siliquis quas porci
manducabant et nemo illi da
bat. In se autem reversus
dixit. Quanti mercenarii in
domo patris mei habundant pa
nibus; ego autem hic fame pereo.
Surgam et ibo ad patrem meum et
dicam illi. Pater. peccavi in
celum et coram te; iam non sum
dignus vocari filius tuus.
Fac me sicut unum de mercena
riis tuis. Et surgens venit ad
patrem suum. Cum autem adhuc
longe esset; vidit illum pater ipsius
et misericordia motus est. Et occur
rens illi cecidit super collum eius;
et osculatus est eum. Dixitque ei
filius. Pater. peccavi in celum
et coram te; iam non sum dignus
vocari filius tuus. Dixit autem
pater ad servos suos. Cito profer
te stolam primam et induite illum. et
date anulum in manu eius; et calcia
menta in pedes eius. Et adducite
vitulum saginatum et occidite;
et manducemus et epulemur. quia
hic filius meus mortuus fuerat et revixit.

perierat et inuentus est. Et ce
perunt epulari. Erat autem fili-
us senior in agro. Et cum ue
niret et appropinquaret do
mui: audiuit simphoniam
et chorum. Et uocauit unum
de seruis: et interrogauit
que hec essent. Isque dixit ei.
frater tuus uenit: et occidit
pater tuus uitulum sagina
tum. quia saluum illum re
cepit. Indignatus est autem: et
nolebat introire. Pater er
go illius egressus: cepit ro
gare eum. At ille respondens:
dixit patri suo. Ecce tot an
nis seruio tibi: et numquam
mandatum tuum preteriui. et
numquam dedisti michi edum ut
cum amicis meis epularer:
Sed postquam hic filius tuus
qui deuorauit substantiam
suam cum meretricibus uenit:
occidisti illi uitulum saginatum.
At ipse dixit illi. Fili. tu semper
mecum es: et omnia mea tua sunt.
Epulari autem et gaudere oporte
bat: quia frater tuus hic mortuus
fuerat et reuixit. Perierat: et in
uentus
est. Off. Illu mina oculos meos

Aue Aue mari
m in maria gra

ne quando obdor miam in mor
te ne quando dicat inimi cus
meus preualui aduersus e um.
Huius sacrificii domine con Secr.
cede placatus. ut et qui
propriis oramus absolui delic
tis. non grauemur externis. Per
dominum nostrum ihesum christum filium
tuum.
Com. Oportet te fili gaude
re quia frater tuus mortuus
fuerat et reuixit perierat
et inuentus est. Ps. Beati quo
rum remisse sunt iniquitates.
Sacramenti post com.
tui quesumus domine diuinus
libacio penetralia nostri cordis
infundat. et sui participes po
tenter efficiat. Per. Sup populum.
Familiam tuam quesumus domine
continua pietate custodi.
ut que in sola spe gratie celestis
innititur: tua etiam protecti
one muniatur. Per dominum nostrum.

O[mni]potens sempiterne [illegible] | [illegible] tuis dignatus es in
[illegible] | [illegible] dirigere. ut populū
[illegible] famulo tuo p[ro] [illegible] | tuum [illegible] in pecam p[ro]fi
[illegible] | [illegible]

Konunglige Mayestatis wor aller Nodigeste herres Schattes Bock aff Norrffinland ffor thed orett Anno Dominij 1549

{Mons / Assuar} Son

[illegible] ad hac
[illegible] gravitates
[illegible] festinantes
[illegible] illudere
[illegible] intercedo ubi p
[illegible] est. oro
D[illegible]
[illegible]

Pater

Peculorum. Amen. Domi
nuſ nobiſcum. Et cum ſpū
tuo. Surſum corda. Ha
bemus ad dominū. Gratias
agamus domino deo noſtro.
Dignum et dignum eſt.
Vere dignum et iuſtum eſt
equum et ſalutare. Nos
tibi ſemper et ubiq[ue] gratias

agere domine sancte pater omnipotens eterne deus: Mundi conditor omniumque creaturarum mirabilis dispositor. deus qui inter ipsa mundi primordia cum ex nichilo cuncta conderes. ligna quoque fructifera diverso usui congrua terram producere iussisti. ac post maledictum interdicte arboris gustum. universa nobis per obedientiam unigeniti filii tui in benedictionem convertisti. benedic etiam et hos multigenarum arborum ramos. inter quas arbor olive pinguedine cunctas precellit. per quam etiam cum mundi crimina quondam diluvio expiarentur effuso. columba ramum eiusdem deferens. pacem terris redditam nuntiavit. Hec non et innocens turba spiritu sancto afflata unigenito filio tuo domino nostro ihesu christo pro totius mundi salute passuro obviam currens. palmarum et huius arboris ramos abscidens. ac vestigiis eius sub sternens. iam quasi triumphatorem de mortis principe demonstrabat. Te igitur domine supplices deprecamur. ut qui annua devotione eiusdem redemptoris nostri sacratissimam passionem prevenire nitimur. ipso adiuvante palmam victorie tenentes. atque oleo misericordie in transitus refulgentes. in eius sancta resurrectione premium vite et immortalitatis coronam percipere mereamur. per dominum. *Deinde aspergantur palme cum aqua benedicta. et distribuantur. et cantetur hec antiphona.*

Turba multa que convenerat ad diem festum clamabat domino benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. Cantate domino canticum novum cantate domino omnis terra.

Cum versibus quotquot sufficiant. Deinde procedant cum reliquiis sanctorum et cruce. Ant. ad processionem.

Ante sex dies solempnitatis pasche quia

ue nit dominus in ciuitatem
iherusalem occurrerunt
ei pueri et in manibus porta
bant ramos palmarum et cla
mabant uoce magna dicentes o
sanna in excelsis.
Benedictus qui uenisti in multitu
dine misericordie osanna
in excelsis. Ant.
Cum audisset popu lus quia
ihesus uenit ieroso limam ac
ceperunt ramos palmarum
et exierunt ob uiam et
clamabant pu eri dicentes
hic est salus nostra

et redemptio isra el. quantus
est iste cui throni et domi
natio nes occurrunt noli timere fili
a syon ecce rex tuus uenit tibi
se dens super pullum asine
sicut scrip tum est sal ue
rex fabricator mundi qui uenisti
redi mere nos. Ant.
Cum appropinquaret do mi
nus ierosolimam misit du
os ex discipulis suis di cens i
te in castellum quod contra uos
est et inuenietis pullum
asine alli gatum super quem
nullus ho minum sedit solui te

[illegible] quiſ nos
[illegible] opus
[illegible] ſolueꝛ reos ad
[illegible] reſtitui et induſtie
[illegible] ueſtimenta et ſedit
[illegible] expande
[illegible]
[illegible] de arboꝛib; ſterne
[illegible] bant ſternebantur cla
[illegible] benedictuſ qui
[illegible] nomine domini benedi
[illegible] patriſ noſtri dd
[illegible] miſere
[illegible] nob[illegible]
hus finitis incipit ſacerdos dona
[illegible] ſpes de ſumma
[illegible] continuo uelum

de cruce et canteꝛ oms. O crux aue
ſpes unica hoc paſſionis tempo
re auge piis iuſticiam reis q
dona ueniam. Te ſumma deus
trinitas collaudet [illegible]
quos per crucis miſterium ſaluas
rege per ſecula [illegible] amen.
hiſ etiam finitis pueri duo pro
cedant habentes duo manuter
gia in manib; proſternentes
illa ante crucem flexis genib;
incipi
ant. a.
Pueri hebreorum
ueſtimenta proſternebant in uia
et clamabant dicentes oſanna fili
o dauid benedictus qui uenit
in nomine domini
Item duob;
pueris pro
iacentib; ramos ante cce. canteꝛ.
Pueri hebreorum tollentes ra